



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Jacobi Usserii Armachani Annales Veteris Et Novi Testamenti

Ussher, James

Lutetiæ Parisiorum, 1673

Cap. IV. De biennio post diluvium quo Semo natus est Arphaxad: ubi etiam de ordine trium filium Noachi, & cui eorum primogenitura debeatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14425

Templi, anni CCCCLXXIX. secundum minore[m] tamen numerum, quem tectius liber Rogum continet: & in Graecis Excerptis, (pag. 32.) *Ἀπὸ τῆς ἰσοπέδου, ἐπὶ τῆς 7' τῶν ἰσομετρώδων, ἐστὶν. 108.*

Secundum argumentum petit Krentzhemius ab obitu Mathusalah avi Noah; quem mortuum esse constat ipso anno irruentis Diluvii. Affirmat autem Iudaorum quaedam antiqua Traditio à Patribus accepta; obitum hujus Patriarchae praecessisse diluvium diebus tantum septem. Incidit igitur in diem decimum mensis secundi. Sed Mathusalah natus est anno patris Henoch 65. plus minus completo, qui fuit annus aetatis Adami 87. completus: & vixit annis 969. eisdem completis. Summa igitur ex duobus proximis numeris collecta, producit annos completos 1656. Obiit igitur Mathusalah die 10. mensis 2. anni inchoanti 1657. qui est annus labens diluvii irruentis. Hae illae. Nos vero non multis diebus ante ceptum diluvium. Mathusalah defunctum fuisse, ultro agnoscimus: ut ad Iudaorum Traditionuculas hic recurrere nihil sit necesse. Septem diebus postquam in Arcam ingredi iustus est Noachus, Deum diluvium distulisse legimus, Genes. VII. 4. 10. Tot dies lucui Mathusalah datos fuisse, Hebraei inde colligunt. Docet Deum suspendisse illis septem dies lucus Mathusalah iusti, quo agerent patientiam, & non egerunt: inquit vetustissimus auctor Bereshith Rabb. & R. Salomo Jarchi in locum eundem.

At Hebraei iidem, qui septem diebus antequam inciperet diluvium, Mathusalah obiisse statuunt, anno Mundi 1656. hoc contigisse agnoscunt; & quidem post mortem Lamechi quinquentennio; quemadmodum in R. Abrahami Zakuri libro Johasin videre licet. Quod idem affirmamus & nos: cum B. Hieronymo tenente, a nonagesimo sexagesimo nono anno vita sua Mathusal. mortuum esse eo anno quo capit diluvium. In eo vero fallit ista Krentzhemii argumentatio, quod pro concessio sumit, Mathusalah vixisse annis 969. completis. Nam annos quidem vitae 969. tribuit illi Moses: sed ita quoque in Regum Israeliticorum Chronologia, Jeroboamo regni annos 21. Nadabo 2. Baasae 24. Elae 2. Achabo 22. facta tribuit Historia. Ut igitur illic, horum collatione cum temporibus Regum Juda instituta; deprehendimus, postremum quemque dictorum Regum annum inchoatum fuisse tantum, nequaquam vero absolutum: (quod suo loco, Deoque volente videbimus:) ita & hic, Mathusalae & Noachi temporibus inter se comparatis, extremum longevi illius Patriarchae annum similiter inchoatum, non completum fuisse, intelligimus. Non enim eadem *ἐπιπέδου* in antist. *ἰσομετρώδων*, & integrae vitae Patrum est quaerenda. Ut annos *ἰσομετρώδων* mutilemus nulla ratio nos suadet, & tre mutilemus per suadet illa, quod ita incerta redderetur integra annorum mundi series. Ut postremum vitae Patriarcharum *ἰσομετρώδων* decurremus annum, evidens nos cogit ratio: & ne id faciamus, nullum est incommodum quod detraheat. quum ab annis generationis, non

integrae vitae Patrum, Chronologia Mundi dependeat: quemadmodum in hujus capitis initio ex Josepho est annotatum.

Tertiam rationem ex Gen. VII. 6. Krentzhemius sumit. Cum Moses scribit; Noah erat filius sexcentorum annorum, quando aquae diluvii inundaverunt super terram: manifeste docet; Noah ante diluvium complevisse annos aetatis 600. Sequentes igitur annotationes Chronologicae, de diluvio inundante anno aetatis Noah. 601. mensis 2. die 17. (Genes. VII.) & de exsiccatis aquis anno eiusdem 601. die primo, mensis primi, (Genes. VIII.) intelligenda sunt de completis annis. Atqui certissimum est, ex Hebraeorum idiotismo, per filium sexcentorum annorum designari eum qui sexcentimum annum quoque modo est ingressus, utcumque eum non exegerit: fallique omnino Iohannem Funccium, qui hic necessario integros annos esse intelligendos asserit. Nam pari ratione, Genes. XVII. 12. filius octo dierum jubetur circumcidi, qui octavum à partu diem attigit: Et Exod. XII. 5. *ביום ה' פסח* primi anni agnus appellatur; qui die octavo & deinceps offerri poterat Domino. Nam in agno quoque Paschali legem illam Levit. XXII. 27. ab Hebraeis fuisse observatam, ostendit Maimonides. Porro Funccianam illam sententiam, quod ingruente diluvio sexcentisimus Noachi annus non tantum fuerit inchoatus, sed plane completus, exactis praeterea 47. diebus anni sexcentissimi primi; tribus novis argumentis firmare conatus est Benedictus Pererius, sed fundamento, ita extra modum ridiculo, subnixis, ut ea referre pudeat. Omnino enim aliud agebat vir doctus quum ista scriberet, nec ipsum ea sine mora deleturum fuisse dubitamus, si quis monitor opportunus intervenisset.

f. Funcc. lib. 1. Comm. ad ann. 1657.

f. Of offering Sacrifice ch. 1. sect. 12. 13. vide de ph. si eisd. Paschali Exod. 29. 38. Num. 28. 3. Confer. Levit. 22. 27. & 9. 3. & 23. 18. 19. Num. 7. 87. 88. cum Num. 28. 3. 9. 19. & In Gen lib. 12. sect. 3.

C A P. IV.

De biennio post diluvium quo Semo natus est Arphaxad: ubi etiam de ordine trium filium Noachi, & cui eorum primogenitura debeatur.

DE biennio Diluvium proxime insequente locus habetur, Genes. XI. 10. *Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennia post diluvium.* Pro quo Graeca vertio habet; *ἑντεσσαετία μετὰ τοῦ κατακλινοῦ, secundo anno post diluvium.* Eum annum pro completo acceperunt, qui LXX. interpretum numeros secuti, à diluvio ad ortum Abrahami annos vel 642. (ut Eusebius, & ejus sequaces) vel, admisso in Patrum numerum Cainane 1072. (ut Augustinus de Civitate Dei lib. 16. cap. 10. & Iulianus Toletanus libro tertio contra Iudeos) supputaverunt. Alii vero, in quibus & Paulus Crusius & Jacobus Cappellus, pro inchoatio capientes, factum calculum eà ratione unius anni detractioe mutilarunt. Atqui Spiritus sanctus in textu originali non dicit *בשנה השנייה* vel *בשנת שתי* quomodo loquitur solet, quum annum secundum currentem

f. Exod. 40. 17

I. Vsserij Chronol. Sacra.

c denotare

3. Reg. 15.
15. 4. Reg.
1. 17. 14.
1. 15. 32.
Efat. 37. 30.
Daniel 2. 1.
Hagg. 1. 15.
2. 10.
Zachar. 1. 1.
7.

denotare vult: sed simpliciter voce Dualis numeri שנתים utitur, ut in hoc eodem libro, Gen. XLV. 6. שנתים ון *Biennium est quod cepit famas esse in terrâ, & adhuc quinque anni restant (de septem sc.) quibus nec arari poterit nec meti.* Unde recte & in Syriâ, & in Caldaicâ (tum Onxelosii, tum ea quæ Ionathani tribuitur) Paraphrasi, Arphaxad natus ponitur שנתין דוובוס annis, & in Hieronymianâ translatione, biennio post diluuium: nec non in Ruffiana Iosephi versione. Sem filius Arphaxad natus est post annos duos facti diluuii, licet in Græca editione hodie corruptè legatur (β pro β posito:) Σημειον δε υιου Αρφαξάδου λέβ, μετά ετη δύοχίλιον ετη. Σημειον Αρφαξάδου. Ut admodum ridicule Stanilaus Gifepius in futili libello De multiplici scilo & talento Hebraico, ex corrupto hoc Iosephi loco absurdissimum hoc pronunciatum deduxerit, Sicus sex talenta dicuntur talentum, ita & sex anni dicuntur annus apud Hebraeos. Neque vero commentitii Beroii auctoritate moveri debebat Crusius, ut ineunte à diluuiio anno altero natum Arphaxadam concluderet: quum apud homines cordatos nullius omnino ea sit momenti neque ratio ulla reddi possit, quare, cum in reliquâ totâ per Patrum *nostrorum* à Mose contexta Chronologiâ, anni vel *completi* vel quasi *completi* accipiantur, in hoc solo articulo *inchoati* sint intelligendi.

At alii non solum annum secundum *ineuntem* hic accipiunt, sed ab ineunte etiam diluuiio epocham ejus deducunt; atque ita *biennium* hoc inter exitum diluuii & ortum Arphaxadis interpositum, in annorum mundi supputatione prorsus negligunt. Hi enim ex Genes. V. 32. colligentes Noachum, cum 500. esset annorum, genuisse Semum; & ex Genes. XI. 10. Semum, cum 100. esset annorum, genuisse Arphaxadam, anno post diluuium altero: ineunte anno Noachi 601. & desisse diluuium & natum fuisse Arphaxadam, inde concludunt: cumque inter initium anni 600. Noachi & Nativitatem Arphaxadi, juxta Johannis Funcii sectatores (de quibus in 3. cap. diximus *quadriennium*, juxta alios (ad quos & nos accedimus) *triennium*, juxta illos de quibus proximè jam egimus *biennium* solidum interjectum supponatur; ex horum rationibus *unus* tantum annus, isque ille idem quo terras diluuium occupavit, relinquatur.

Atque hæc fuit Theophili Antiocheni cap. 1. Chronographi illius qui ad annum XIII. Alexandri Severi tempora perduxit (tomo 2. antiquæ lectionis Henr. Canisii, pag. 381.) Iulii Africani, Severi Sulpitii, Iosephi Christiani Scriptoris, (in Hypomnestico, nondum edito) Constantinopolitani Chronici, Authoris Factorum Siculorum, (sive quod Alexandrini nomine à M. Radero est editum) Maximi monachi, (in Computo) Syri mei Chronographi, & aliorum aliquot sententia: à quâ etiam non abscedunt multum, Nicolaus Vignerius in Bibliotheca sua historiali. ad ann. Mundi 1657. & Iosephus Scaliger, in Elencho Orationis

Chronologica D. Parei, ubi de primogenitura Semi differens, quum generale thesin statuisset, hunc ordinem filios in Scriptura habere quem illis natura dedit: particularem hanc hypothesin ista (quam vocat) *demonstratione* stabilire nititur. Anno Noa 601. ineunte Sem genuit Arphaxad, annos natus centum; *centesimo* anno absoluto postquam pater ejus cepit generare. Quare si Noa annorum 500. erat quum cepit generare, & filius ejus annorum 100. cepit generare, anno patris sui 601. ineunte, nullus ergo filius Noa natus est ante Sem. Propterea errant, qui natalem Arphaxad statunt anno Mundi 1658. Noa aetatis 602. Ita Scaliger.

Nos vero cum longe majore, & meliore Chronologorum parte, Scripturæ ductum secuti, quæ biennio post terras ab aquarum eluvione liberatas, Arphaxadam ortum non obscure significat, ineunte anno Mundi 1659 & aetatis Noa 601. natum illum fuisse defendimus: & Scaligerum, ad ineuntem annum Noa 601. natalem ejus referentem, & à veritate, & à fundamentis propriis hic discessisse affirmamus. Si enim ineunte anno Noachi 601. natus fuisset Arphaxad, ut Scaliger & Veteres illi putarunt, statim post finitum diluuium in lucem oim editum fuisse oporteret: Nam *sexcentesimo primo* anno, primo mense, primâ die mensis amovisse Noachum operculum Arcæ; & mense secundo, die mensis 27. siccata terra, egressum ex eâ fuisse Scriptura sacra testatur, Genes. VIII. 13. 14. Si continuo post egressum ortus fuisset Arphaxadus; & non dixisset Scriptura, Genes. XI. 10. *Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluuium: sed potius, "Statim post diluuium Sem centum annorum existens, genuit Arphaxad,* quemadmodum antiquissimus alterius sententiæ assertor loquitur Theophil. Antiochenus.

Quis autem credat, invalescentibus super universam terram aquis diluuii, Semum in Arcâ (quasi in sepulchro, conditum, liberis operam dedisse: Uxoremque ejus eodem carcere conclusam, factum animatum atque a deo partui jam maturum, in utero gestasse? quod vix, aut ne vix quidem, cum illo Apostoli pronunciatum poterit consistere: *in arcâ paucas, id est, octo animas servatas fuisse in aqua.* (1. Petr. III. 20.) Adde, cum Tornello, eos qui in Arcâ erant, nimio terrore correptos, penitentia potius opera exercuisse, lugentes communem illam humani generis cladem; nec ad mulieres accedendum esse existimasse; usque quo intelligerent Deum humano generi esse placatum, ac de ipso repatando deliberasse: alioqui videri posse, frustra Dominum expleto diluuii iterum protulisse verba illa de generatione liberorum; *Crescite & multiplicamini, &c.* (Genes. IX. 1. 7.) redintegrato naturæ ordine, sicut erat in principio. (Genes. I. 28.)

Nec illud prætereundem, quod Genes. X. 22.

& 1.

& 1. Paralip. L. 17. filii Semi recenseantur, Elam, & Assur, & Arphaxad. Quod si, (ut hic contendit Scaliger) eum ordinem filii in Scriptura habeant, quem illis natura dedit: necesse est ut Elam & Assur ante Arphaxadam geniti fuerint, neque ineunte Noachi 601. live primo post diluvium anno, omnino nasci potuit Arphaxadus. Et certè dignatione gratiæ Arphaxad utroque fratre prior fuerit; non alia videtur offerri posse ratio, cur tertio nominatus illosit loco, quam ob nativitatibus ordinem. Nam quod potissimum pro Arphaxadi primogenitura à Jacobo Capello contra Augustinum Tornielum urgetur argumentum, à tempore priorum filiorum alimonie assignando petitur; quod tum neque nutritrix ulla, nec lactis pecuni copia, suppeteret: ab ipso Torniello ad annum Mundi 2. num. 1. proluxe est solutum. Neque illud etiam à Scaligero est animadversum, labefactari hic ab eo illam epocham quam prius ignoratam & à se constitutam esse jactitat, omnium aut sacra historia aut exotica certissimam, unde omnes rationes temporum Biblica historia pendunt; & ut verè possit illa vocare matrem ceterarum Epocharum. Epocham vimirum Exodi, quando migratum est ex finibus Aegypti; quam & alibi semper, & in hoc quoque; Elencho, in annu Mundi 2453. conjicit, atque in annum tertium annalis Hebdomadis currentis. Si ineunte anno Noachi 601. Arphaxadam natum admiserimus; nec in annum 2453. incurrit Exodus (posito etiam Natali Abrahamæ in anno Tharæ 70.) nec anni Mundi per septenarium divisi, Hebdomadem annalem exhibebunt: indeque Johannes Bohemus, hoc observato, ab effatis Magistri sui hoc quidem in loco necessario sibi discedendum esse putavit.

Erroris vero fundamentum in eo est positum, quod Noachus tum præcise 500. annorum fuisse existimatur, quando Semum genuit: idque ex textu illo colligi putatur Genes. V. 31. Et fuit Noah filius quingentorum annorum, id est, quingentesimum agebat annum, & genuit Noah Semum, Chamum & Japhetum. Cum autem uno & eodem anno, omnes istos tres nequaquam susceperit; non aliud voluisse Mosem consentaneum est, quam Noachum anno ætatis 500. liberis operam dare cœpisse, adeoque primogenitum procreasse: sed cui eorum primogenitura danda, res est non adeo perspicua, ut prima facie possit videri. Illam enim Scaligeri rationem, quæ hunc ordinem filios in scriptura habere statuit, quem illis natura dedit, admodum infirmam esse ostendit Benedictus Pererius. Quamvis enim, inquit, illud videatur arguere, Semum fuisse primum natu filiorum Noe, quod semper in scriptura cum nominantur filii Noe, primus omnium censetur Sem (ut Genes. c. V. VI. IX. X. & initio prioris libri Paralipom.) idque pro magno argumento ad id ipsum probandum afferunt nonnulli: attamen id non magnam vim habere videtur. Namque etiam Cham inter filios Noe secundus memoratur; quem tamen minimum fuisse omnium, à planum est. Similiter Isaac nominatur ante Ismaelem, & sicut Jacob ante Esau, non propter priorem ortum, sed pro-

pter prerogativam electionis & benedictionis divina, majoremque eorum dignitatem. Quamquam non satis liquet cur semper Cham nominetur ante Japhet; cum & ortu & dignitate posterior eo fuerit. De quo postremo tamen illa B. Ambrosii observatio non est prætermittenda; sicut ubi generantur, hunc ordinem esse; ubi autem generant, Japheth primo loco scribi; tertio Sem, non Cham, ut habetur in impressis omnibus Ambrosii exemplaribus. Nam & in Genes. cap. X & in 1. Paralipom. I. ubi filiorum Noe posteritas explicatur, Japheti progenies primo loco proponitur, Semi tertio; semper autem in medio Cham relinquitur, quali & hic locum haberet, quod ab eodem Ambrosio ex Homero ibidem est productum: *Ἰάφεθός τ' ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Ἰακώβου, Ἄνατος αὐτὸν ἐν μέδιον ἰσέρει*, quomodo etiam ab aliis est notatum, semper medium poni Cham improbum inter duos probos; quod ita sit Ecclesia comparata utrinque, ut inter improbos ut hostes versari cogatur.

Cum autem in utroque illo Scripturæ loco, duplici modo recenseantur filii Noe; ubi generati commemorantur, [Sem, Cham & Japhet] ubi generantes, ordine retrogrado [Japhet, Cham & Sem:] posteriorem hunc, ut genitura ordini respondentem, amplectuntur quidam, inter quos R. Levi ben Gersom. in Genes. IX. 24. Nicolaus Lyranus, & Alphonsus Tostatus Abulensis; in quorum sententiam & nos libentissimè concederemus; si persuaderi nobis posset Semo juniorem fuisse Chamum: quod illa retrograda ordinis inversio sic responderet aptissime ejusdem generis loco illi alteri, Genes. XI. 26. ubi Thara genuisse dicitur Abrahamum; Nachorem; & Haranem; cum naturalis generationis ordo, Haranem; Nachorem & Abrahamum ponendos requirit. Priorem vero modum sequuntur alii; in quibus Pseudo-Clemens libro Recognitionum 1. Ambrosius (in lib. de Noe & Arca) Epiphanius (hæres. 70.) Jo. Chrysostomus (in Genes. serm. 29) Augustinus (de Civitate Dei. lib. 16. c. 4.) R. David Kimchi (in 1. Paralipom. I.) & alii plurimi. Benedictus Pererius, cum Fl. Josepho (lib. 1. Antiquit. cap. 5.) Semum primo, Japhetum secundo, Chamum tertio loco; Thomas Lidyatus Chamum primo, Semum secundo, Japhetum tertio natum loco existimat: Tremellius vero, cum Hebræorum & nostrorum aliquot, Chamum ultimo, medio Semum, Japhetum primo loco collocat. Quam sententiam & nos cæteris omnibus præferendam esse judicamus; si clare ex Scripturis ostendi possit, Chamum Semo majorem natu non fuisse.

Et quidem Sem fuisse priorem natu quam ipsum Cham, ex Genes. IX. 24. manifestum esse docet Pererius; appellari enim illic Cham filium Noe minorem præcise: quod apud Hebræos idem significat atque filius parvus, vel minimus. Totam igitur contentionem esse inter Sem & Japhet de principatu ortus. Ita Josephum quoque sensisse videmus, notissimam illam historiam Gen. IX. de resecta Noachi nuditate, ita enarrantem: *Ἐταῦτος δὲ αὐτοῦ ὁ νεότερος τῶν υἱῶν αὐτοῦ*

g Ambros. de Noe & Arca, cap. 2.

h Illiad. 4.

i Mercer. in Genes. 10. 1.

Lib 1 c. IV.

k Perer. in Genes. 15. fch. 132.

l Joseph. Antiquit. lib. 1. cap. 7.

a Scalig. in Anima d. ver. f. Euleb. pag. 71. col. 2. b Id. in Canon. Ilogog. p. 222.

f Perer. in Gen. 15. fch. 132.

d Genes. 9. 24. e 1. Paralip. 1. 28. Genes. Gen. 28. 7. f Job. 24. 4.



ἀλλοῖσι ὀφθαλμοῖν δεικνύον ὅτι ἂν πεισελευσι τοὺς πατέρας ἃ Νόεος ἀσθένεια, τοῖς μὲν ἀμοις πατρὶν ἐυδαιμονίαν ἐλάττω τῆ δὲ χαμὰ διὰ τὴν σφοδρῆσαν αὐτῷ μὲν ἐκπύου, τοῖς δ' ἐγγύοις αὐτοῦ ἃ τῶν ἄλλων διατηρουμένων τῶν ἀραν, τοῖς χαμὰν μὲν δαυ μίσην ὁ θεός. Id conspicatus filiorum natu minimus, per ludibrium fratribus indicavit: illi vero parentem operuerunt. Sensit hoc Noachus, & precatus aliis filiis felicitatem, ne Chamum quidem diris devovit, respectu sui sanguinis, sed tantum ejus posteros: quas cum ceteri evasis- sent, Chanaanai liberos ultio divina est consecuta.

Verum quum nepotes dicantur filii avi, non minus quam filii ipsi, (quod, ne à proxima Semi ipsius progenie discedamus, ex I. Chronic. I. 17. cum Genes. X. 23. collato liquet:) non defunt qui parvum filium in ea historia nequaquam Chamum ipsum, sed filium ipsius Chanaanem, intelligendum esse existiment. Ita ex Hebræis, R. Levi ben Gershom, & Abraham Aben Ezra in 9. cap. Genes. è nostris Theodoro retus quæst. 57. in Genes. (si non Origenes potius; cujus expositio, ab Hebræo magistro suo accepta, ex Catena Græca à collectore fragmentorum Theodoro hic inserta fuerit) & Procopius Gazæus in Genes. cap. 9. Quam sententiam licet in Elencho Orationis Chronologia D. Parisi summopere propugnatus fuerit Josephus Scaliger; nihil ille tamen attulit, quod à simplici & recepta historiæ intelligentia cogat nos abscedere.

Quid fecit Cham patri suo? inquit ille, Nihil, Tantum fratribus de patris probro nuncius fuit. At qui Scriptura diserite dicit nescio quid Noe à minore filio factum, propter quod Noe in maledictionem eruperit. Respondeo; nihil illud Scaligeri, aliquid profecto fuisse factum filio indignissimum. Oculum qui subsannat patrem, aut spernit obedientiam matris, hunc effodient corvi vallis, aut comedent eum juvenes aquila: dicit Sapiens, Proverb. XXX. 17. & ipse Plutarchus, in libro περὶ φιλαδελφίας, sive de amore fraterno. Οὐδ' αὖ πάλιν μείζων ὀπίδειξις ἀδελφῶν τῆς πατρὸς ὀλιγορίας ἃ πλημμελείας, διὰ τοῦ μὲν ἄλλοις χαλεπὸν πῦρ ἀπέρχεται μῦθος δ' αὐτοῦ ἃ πατρὶ τὸ μὲν παρέχειν ἐαυτοῖς δόξαν, αἰ δὲ λίγοντας ἀφ' ὧν ἐσφραγίζονται, καὶ ἐν προσώπῳ τὸ λυπηρὸν, ἀνοστοῖ ἢ λυπητὸν ἃ ἀδελφῶν. Quomodo vero Chamus erga patrem suum se gesserit, ex Theodoro, quem suæ senectutis vindictam laudavit, intelligere hic poterat Scaliger. Ὁ χαμὸ τῶν πατρῶν ἐκπύου ἔδειξεν, ὡς παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον. ὅτι ἃ τὸ ζῆλον τοῦ ζῆλον καὶ ὁ νόμος ἐδιδάκεν μαρτυροῦν ὅτι ἃ χαμὸ ἀδελφοί, οἱ πατρὸς ἐκείνου τὸ πάτος μεμαθηκότις ἃ πατρὸς, μετὰ πολλῆς αἰδοῦς εἰς τὴν αἰσῶν βαδίζοντες συνελάμβανον τοὺς πατέρας, ὡς ἀνὰ μῆκος ἰδοῦν ὅταν σπαργίτες ἐβλάψουν. τῶν γὰρ τοῦ ἃ μάλα ἐκείνου ἃ πατρὸς τῶν ἐλογίαν ἰδέ- λαντο. Cham parricidii reus habitus est, tanquam transgressus legem naturæ. Nam quod natura ipsa doceret venerari & colere parentes oportere, testificantur fratres ipsius Cham: à quo cum intellexissent quod patri acciderat, multo cum pudore retro gradientes Patrem operuerunt, ut minime viderent, unde erant prognati. Ita- que merito benedictionem à patre acceperunt.

Vide Græc. caten.

m Theodoret in Genes. quæst. 57.

Et si illi ob tectam patris ignominiam bene dictionem fuerint consecuti; ob contrarium certe factum Chamus maledictionem meruerit: quippe qui patris nuditatem non modo non texit, sed etiam publicaverit, & lumina faciens hic noxia, & linguam quoque.

Atqui scriptura diserite dicit, nescio quid Noe à minore filio factum, propter quod Noe in maledictionem eruperit. Exprectus enim vidit quod sibi minor filius fecerat, quod quidem Scriptura non exprimit, sed tamen constat factum esse: ut eleganter monet doctissimus Aben Ezra. Propter aliquod enim factum maledictio emissit est, non quod Cham pudenda patris viderat. Id enim exprectus ipse nescire non potuit. Ita Scaliger. Resp. Factum illud quod exprectus rescivit Noe, & maledictionem ab eo expressit, ut extra Scripturam queramus non est opus: sufficit abunde illud, quod Chamus nuditatem & turpitudinem patris sciens & libens aspexit, cum contemptu irrisit, divulgavit, & fratres suos ad ejus irrisionem provocavit. Tanta in uno hoc facti crimina recte notavit Pererius: qui de ratione etiam quâ pater ista rescire poterit, conjecturam affert admodum probabilem. Noe expergiscens, cum vidisset pudenda sua propria veste nudata, & alieno pallio con- tecta, causam ejus rei quævisse ex filiis: at- que ita eos ad narrandum quod acciderat esse compulsos: de quâ & Chrysoctomus. Ἡ πατρὶς ἐργασίας ὅσως ἂν ἀδελφοῖς ἐργάσασθαι, ἃ τὸν ἀδελφὸν δευ- κάλιον βυλὸφωσι, ἀλλὰ τὸ πρῶτον ὡς ἐξήγαγε ἀδελ- φῶν ἰνὰ κατακλιθεὶς ἐκείνου τὸ σπέρμα τῶν ἐπι- δεῖων ἔδειξεν. Unde cognovit? forte fratres si- gnificaverunt: non accusatienis quidem gratia, sed rem ut facta erat docentes; ut conveniens ille suo vulnere remedi unacciperet. Ne quis opus esse existimet, cum Fastorum Siculozum, & Glossæ interlinearis authore, ac R. Levi ben Gershom ad Spiritum propheticum & divinam relationem hic confugere.

Sed pergit Scaliger. Si Cham aliquid fecisset, in eum competeat maledictio. Sed in Chanaan districta est illa. Chanaan igitur fecit: atque adeo ipse est qui dicitur minor frater. Verum in filio punitum hic fuisse ipsum patrem, si non ex Chrysoctomo vel Augustino, certe ex ipso (quem ut sententia suæ vindictam hic protulit) Theod. discere potuisset Scalig. de Chamo ita scribente. Ἐπειδὴ ὁ θεὸς ὡν ἐξήγαγε εἰς πατέρα, διὰ τῆς ἃ τῶν αὐτῶν ἀδελφῶν ἀρχῆς τῶν πατρῶν. Quia, cum filius esset, in patrem deliquit ob id per filii maledictionem penas luit. Adidique, Noachi verba non tam imprecationem in se continere, quam futurorum prædictionem. Ἐπειδὴ ἃ ἡμελλεν ὁ Ἰσραὴλ ἐκ τῆς Σαμὸς ἐκπύου τὸν θεὸν τῆς Παλαιστίνης παραλαμβάνει τῶν ἀπεριτῶν, τῶν- τῶν δὲ πάλας ἐκείνου οἱ ἐκ τῆς χαμὰς βυλὸφωσι εἰς ἀρχῆς ἀρχαῖα τῶν πατρῶν ἀποκαθάρσιν ἃ τῶν ἐσθῶν, δεδιπρόβωτος δὲ τοῦ ὄντος ἰουδαίου ἐκ πλημμελείᾳ εἰς γῆναι. Nam cum ipse Israel ex Sem genus ducens, Palaistinam occupaturus esset quam olim incoluerant qui ex Chanaan descen- derant; in maledictionis formam prophetiam effert: prædicens quidem futura, deterrens au- tem posteros ne peccent in parentes. Similia

Perer. in Genes. 1. 14. c. 14.

Th. 14. c. 14.

Chrysoct. in Genes. 10. 23.

Chrysoct. in Genes. 10. 23.

Theodoret in Genes. quæst. 57.

Idem in Genes. quæst. 57.

habet

Cetera Gr. in Genes. sup. 3.

habet & Diodorus Tarsensis in hujus loci explicatione: & Augustinus quæst. 17. in Genes. rem totam breviter ita expediens. Queritur quare cum peccans Cham in patris offensa, non in seipso sed in filio suo Chanaan maledicitur? nisi Prophetatum est terram Chanaan ejus filii Chanaan inde & debellatis, acceperos fuisse filios Israel. Qui venirent de semine Sem.

Quæ vero subjungit Scaliger, in Sermone Hebræo avos vocare nepotes suos בני הקטנים filios minores: prolato aliquo Scripturæ testimonio probare hoc potius ille debuerat, quam id quod huc omnino non facit; à filiis familias filios filiorum fratres vocari. In sacris literis certe, ejusdem parentis immediatos filios ad seniores fratrum ætatem respectu habito filios minores appellari, vel ex loco illo Genes. 27. 15. constat: ubi Rebecca dicitur accepisse vestes Esau filii sui majoris, usque induisse Jacob filium suum minorem. Licet illi, qui ex præjudicata opinione Chamus ætate medium filiorum Noë fuisse existimaverunt, relicta propria & simplici vocis intelligentia, quæ filius illius minor sive נאדעס (ut Græci interpretes reddiderunt) fuisse is significabatur, vel ob corporis & Staturam parvam, vel ob animi rudizatem, quasi in quadam intellectu infantia constitutum, (ut loquitur, Ambrosius:) vel ob fortunæ etiã sui conditionem הנכר והקטן abominabilem & contemptibilem, quemadmodum ex versu 2. prophetiæ Obadiæ R. Salomo Iarchi id explicandum censuit. נאדעס דעם עין קור, וְאֵלֶּיךָ יָשָׁבוּ. אֲנִי אֶמְצָא וְנִסְתַּחֲמַתִּי וְאֵלֶּיךָ יָשָׁבוּ וְעָשִׂיתָ לָּם מִשְׁפָּחָה כְּמִשְׁפַּחַת אֵשֶׁת יִצְחָק. Cum juniorem filium appellat, non tempus ætatis describit, sed morum dispositionem novis rebus studentem: inquit Philo, in libro de resipiscentiã Noë, & Chrysofostom, serm. 29. in Genes. Chamus Japheto majorem natu fuisse existimans, cur Chamus tamen junioris [Genes. IX. 24.] & Japhetus senioris [Genes. X. 21.] appellationem adeptus fuerit, tropologicam hanc similiter reddit rationem. וְעָשִׂיתָ לָּם מִשְׁפָּחָה כְּמִשְׁפַּחַת אֵשֶׁת יִצְחָק. אֲנִי אֶמְצָא וְנִסְתַּחֲמַתִּי וְאֵלֶּיךָ יָשָׁבוּ וְעָשִׂיתָ לָּם מִשְׁפָּחָה כְּמִשְׁפַּחַת אֵשֶׁת יִצְחָק. Sicut Cham, id quod natura habuit, nequitia voluntatis amisit; ita Japhet quod natura non habuit, saniores ob mentem accepit.

Ut à Chamo igitur ad Japhetum jam transeamus, & hujus cum Semo de principatu ortus contentionem expendamus: eam Semo debere dignitatem confirmat Salianus, non ea solum conjectura, quod primo semper loco nominatur, & quod Noë in benedicendis filiis, Semum Japheto prætulit; sed ea potius ratione, quod Scriptura Semum vocat fratrem Japheti majorem (Genes. X. 21.) Sed conjecturarum illarum ducarum infirmitatem satis aperuit Pererius, licet & ipse non minus quam ille acer primo genituræ Semi patronus: alias causas afferti posse docens, Quare Semus & primo loco nominatus & à patre ante Japhetum benedictus fuerit, præter illam unam ab ætatis ratione desumptam. De imbecillitate argu-

menti ab ordine recensionis fratrum ducti, verba illius supra produximus: quam & ipsi postea, (Deo volente) in loci consimilis Genes. XI. 21. tractatione, pluribus sumus patefacturi. Varias autem causas ob quas Noë Semo benedixisse dici posset ante Japhetum, problematice hunc in modum proposuit Pererius, Cur prius benedixit Sem quam Japhet? An quod sanctimonia & prudentia morumque gravitate præstaret; & idcirco patri Deoque carissimus esset? An quod ipse vehementius objurgasset Cham, autorque fuisset Japheto id erga patrem faciendi quod factum ab illis esse legitimus? An potius propter excellentiam posteritatis ejus in qua futuri erant Patriarcha, Reges, Propheta, & quod super omnia est, Messias ipse? Adde in benedictione Semi fundatam fuisse benedictionem Japheti; nec nisi illa prius proposita, hanc omnino intelligi potuisse. Dilatet (vel potius alliciat) Deus Japhet; & habitet in tabernaculis Sem. (Genes. IX. 27.)

De textu igitur illo, Genes. X. 21. tota est controversia Sem quoque nati sunt, patri omnium filiorum Heber, fratri Japheth majori. Sed utrum Sem an Japheth fuerit natu major inter filios Noë, non hinc posse determinari agnoscit Tornielius, propter Hebræici textus ambiguitatem; in quo legitur יפת הגרר אהי. Cum enim casibus Hebræi careant; illud הגרר vel dativi casus esse poterit & referri ad Sem, vel genitivi & referri ad Japheth. Et ut uno modo reddidit editio vulgata Latina; fratre Japheth majore: ita altero, editio vulgata Græca; ἀδελφὸν Ἰάφεθ ἡμῶν, fratri Japheth majoris. Licet enim Augustinus, libro 16. de Civitate Dei, cap. 3. majore in Latino suo codice hic vel legerit, vel legendum esse putaverit; in Græco tamen, eodem quo hodie modo, ἡμῶν, lectum fuisse, ex eo quod postremum ex Chrysofostomo citavimus testimonio manifestum est.

Salomoni Gesnero, in Genes. cap. 10. quæst. 8. textus Hebræus id potius innuere videtur, Semum esse fratrem Japheti grandiosem: quia hæc prefixum voci גרר non Genitivum, sed nominativum casum innuit, quum, si ad Semum hoc loco referatur, non nominativi, sed dativi casus esse oporteat: & articulum ה omnium casuum nominibus promiscue præfigi solet constet; & genitivi speciatim, in loco huic simili à nobis producto ex Genes. XXVII. 15 ubi Rebecca accepisse dicitur גרר את בני הגרר vestimenta Esau filii sui majoris. Eandem sententiam hac ratione persuadere conatur Pererius, & Omnino, quæ hic narrat Moses de Sem, ad commendandam ejus excellentiam dignitatis pertinent, ut quod ipse pater fuerit omnium filiorum Heber, id est, populi Hebræi, & tot sanctorumque virorum qui in eo populo claruerunt. Ergo quod subdit, ipsum fuisse fratrem Japheth majorem, ad ejusdem spectat commendationem. Quorsum enim hoc loco Moses dignitatem Sem significans, dixisset illum fuisse fratrem Japhet majoris ipso?

Perer. in Gen. lib. 14. sect. 135.

Torniel an. Mundi 1659.

Perer. in Gen. lib. 15. sect. 134.

Sed

Jo. Behm Chr. lib. 1. tit. cap. 6. Ambr. lib. de Noë & Arca, c. 37.

Salian. ad Mos. Mundi 1559. parag. 2.

Sed hanc rationem *probabilem* tantum esse, factetur ipse Pererius: & quidquid in ea probabilitatis est ex eo totum dependet, quod nondum nobis liquet, quæ de Semo hic narrantur, encomiastico, & non mere historico modo à Mose fuisse proposita; aut si commendationis aliquid hic ille spectaverit, Semi potius dignitatem à populi Hebræi præstantia, an populi sui Hebræi dignitatem à patris Semi præstantiâ æstimandam, illum voluisse, ex quorum neutro erit consequens, in altero membro, quod ætatis Semi & Japheti collationem continet, aliud fuisse spectatum, quam simpliciter historicæ veritatis enarrationem. Nam quod, velut à Pererio prætermisum, Harvilleus hic addendum censuit; secundum hoc membrum, non minus quam prius illud, esse (ut ille loquitur) *declarativum seu confirmativum qualitatum Sem*: nihil omnino rem promovet. Utrumque enim membrum declarationem, non *qualitatum* quidem, sed *relationum* Semi complectitur: paternæ, ubi dicitur fuisse *pater omnium filiorum Eberis*; fraternæ deinde, quum dicitur fuisse *frater Japhethi non major* (quod ille hoc argumento confectum frustra putabat) sed natu *maximi*, ut Tremellius & Junius sunt interpretati: hæc etiam interpretationis suæ ratione & explicatione additâ.

Hæc, rationem accentuum, fidemque historia sequuti, sic exposuimus. Nam quum Noach quingentesimo demum ætatis anno gignere cepit, [cap. V. 32.] sexcentesimo sit diluvium expertus, [cap. VII. 6.] sexcentesimo secundo, id est altero post diluvium anno Schem Arpacschadum agens centesimum annum genuerit [cap. XI. 10.] omnino hunc constat non fuisse natu maximum. Cham autem diserte minimus natu fuisse dicitur. [cap. IX. 24.] Necessario itaque de Japhetho locum hunc sic oportuit accipere: ut natus 500. annos Japhethum, natus 502. annos Schemum, natus eo plures annos Chamum genuerit. Cur autem hic frater Japhethi appelletur excluso Cham, id ex illa Noachi historia cognoscendum est, quæ habetur supra. [cap. IX. 23.] & sequi. Hæc illi.

Huic argumento, à Nicolao Lyrano & Alphonso Tostato ad probandam Japheti primogenituram ex Hebræorum scriiniis producto, Pererius probabiliter responderi posse judicat: *vel Noë non cepisse generare quingentesimo ætatis sua anno præcisè, sed quingentesimo secundo, eoque ipso anno generatum esse Sem, ob idque biennio post diluvium eum fuisse centum annorum, vel Sem secundo anno post diluvium cum generavit Arpaxad, non fuisse centum annorum præcisè, sed fuisse centum & duorum annorum. Cum divinæ scripturæ mos sit, parvis & minutis numeris tacitis ac prætermisissis, maximum & integrum numerum duntaxat commemorare. Addit Cornelius à lapide in Genes. cap. XI. 10. quæ hic numerus minutus exprimitur, scilicet quod biennio post diluvium, Sem fuerit centum annorum, qui non exprimitur. cap. 5. 12. hinc Moysen hic potius, quam capite V. præcisè videri consignare annos Sem. Itaque de altero loco, Genes. V. respondet, Salianus,*

anno quingentesimo Noë nullum ipsi filium natum esse, sed velle tantum Moysen docere hoc: ce tres filios natos esse post annum quingentesimum patris, & non ante. Cui locutioni, (inquit) quæ non paucos induxit in fraudem, Cajetanus offert aliam longe simillimam ex Gen. XI. 26. ubi de Thare dicitur, eum vixisse 70. annis & genuisse Abram, Nachor, & Aram, qui tamen divisim valde annis geniti sunt. ubi tamen explicationem istam negativam, quod Thare non ante 70. annos, incepit generare, ista, ita ipse Salianus accipit, ut anno illo 70. expleto, aliquem illorum trium nasci oportuisse agnoscat. Alioqui, inquit, falsum esset, Thare genuisse Abram, & Nachor, & Aram cum vixisset 70. annis si neque de omnibus neque de ullo eorum id verum esset. Qui id ipsum proculdubio de altera illa locutione longe simillima. Genes. V. 32. fuisset pronuntiaturus, si de Semi primogeniturâ præjudicium mentem illius non occupasset.

Sed condonato illi hoc errore, accipiamus quod ipse ultro dat, & ex Scripturâ Genes. XI. 10. perspicue confirmari agnoscat; natum fuisse Semum anno Noë 502. exacto, & annis 98. ante finitum diluvium. Hoc enim ad firmandam veritatem Chronologicam quam in hoc capite defendendam suscepimus, abunde sufficit; & ad eorum errorem refellendum, qui integro biennio annorum mundi setiem mulerunt: quem ipsum jam dudum animadvertum, & hoc eodem argumento refutatum à quinto Julio Hilarione videmus; in libello de Mundi duratione ita hæc de re dicente: *Quia anni Sem. XCVIII. in consummatione Diluvij completi sunt; duo scilicet anni ad rationem summa, quam post Diluvium designavimus necessarij sunt. Ipse enim Sem biennio post Diluvium fuit annorum centum, & sic genuit Arpaxat: quos annos duos descriptores hujus rationis in numerum annorum non posuerunt, quomodo eos minime præviderunt.*

CAP. V.

De multiplicatione generis humani post diluvium, & Gentium dispersione ad argumenta ab historia petita, quibus Iohannes Morinus Hebræicæ Chronologicæ veritatem infirmare conatus est.

SED in biennio post diluvium nimis diu hæsimus. De temporibus illud infecutus, usque ad 70. annum Tharæ, jam dispiciendum est, quorum (cum illo conjuncto) summam ex Græcis codicibus, in lib. 16. de Civitate Dei. cap. 10. ita Augustinus colligit. *Fiunt anni à diluvio usque ad Abraham. 1072. secundum Vulgatam editionem, hoc est Interpretum. LXX. de Hebræis deinde subjiciens. In Hebræis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inveniri: de quibus rationem aut nullam, aut difficillimam reddunt. In his enim à diluvij exitu ad finem anni 70. Tharæ, quo Abrahami ortum ille retulit. 292. tantum numerantur anni; ex quibus solum 101. à finito diluvio ad nativita-*

^a Perer. ut supra scilicet. 138.

^b Salian. ann. Mundi 1559 num. 3.

^c Il. an. Mundi 1779 num. 4.

^d Il. an. Mundi 1779 num. 4.